

bus abiicere, nouo quodā vltionis genere
 vt Deus etiam Delphicus aut insaniret aut
 falleret? quid enim ita consuluit, igno-
 rasse mihi videbatur locorum situm: nam
 quid vel cum Veis, vel cum vrbe Roma-
 na commune habet Albanus lacus, vt vel
 prodesse ad summam publici status, vel
 obesse valeat? Sed nimis audeo, qui ad-
 uersus sapientiæ Deum, tam multa pro-
 tulerim, immò vero aduersus fallacia-
 rum Dæmonem. Sic enim ipsemet olim,
 vt scriptum video, quisnam esset interro-
 gatus, veritatem fortè coactus expressit,
 seque Dæmonem clara voce confessus
 est: At Romani paruere, quid miri, error
 erat temporum, oraculis & aruspibus
 obsequi, licet & aliud opinari: Aquam
 lacus eductam esse, ad vtilitatem agri
 suburbanii, vt benè ait Cicero, non ad arcē
 urbemque retinendam. At victoria con-
 secuta est. En mirum Apollinis aris di-
 gnum: En noua res, Romanos post bilu-
 stem obsidionem vincere, illud potius
 mirabile, quod tam longo tempore di-
 stulerunt, soliti raptim ingentia bella
 conficere, & transcurrento victores ter-
 rarum orbis esse: Nisi quia dispensante
 fortuna, prouenisse suspicor, ne Iliaci la-